Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



Si vis scire aureum numerum alicuius anni tunc ab anno domini completis de pone 1238 annos et residuos annos numera in rotula primi incipiendo sub numero tuo circulo ponendo scilicet primum annum in exteriori circulo ad 19 et secundum ad secundum et sic consequenter numerando ad finem ubi finitur numerus annorum ibi habes aureum numerum illius anni in eodem circulo exteriori. Numerus vero in interiori directe sub aureo numero habes clavem festorum mobilium eiusdem anni. Eodem modo fac transactis 19 annis scilicet anno domini 1257. Scilicet anno domini 1276 iterum incipe a 19 et sic de aliis annis. Ecce tabula

Anno	Domini
1239	1638
1258	1657
1277	1676
1296	1695
1315	1714
1334	1733
1353	1752
1372	1771
1391	1800
1410	parna
1429	tabula

Si veram dominicalem et numerum circuli solaris in aliquo anno scire volumus tunc ab annis domini impletis subtrahe 1238 annos et residuos annos post subtractionem numera in prima tabula rotula sequenta ponendo primum annum circa lilium ubi est septem et secundum ubi est septem et sic consequenter et ubi terminat numerus annorum residuorum ibi in exteriori circulo est numerus circuli solaris et in circulo interiori invenietur vera dominicalis illius anni directe ex opposito prime littere dominicalis invente. Si autem talis numerus annorum terminat in duas literas tunc ille annus est bisextilis et prima littera stat exterior durabit ad festum S. Mathie apostoli. Interior vero durabit a festo sancti Mathie usque ad finem totius anni. Et transactis 28 annis scilicet anno domini 1266 iterum incipe superius in supremo. Eodem modo fac in aliis annis hic in parna tabula descriptis vt sunt hebis

Si in veneris festum mobilia per clavem festorum in rotula superiori posita, vide ad kl. quod precedit ubi prima clavis posita sine clavis et regulariter et sic ab eadem clave numera usque ad clavem illius festum. Et si ita clavis ait sit clavis alicuius anni eodem modo et ad inveniendum sic aureum numerum